

EPITALAMIVM

IN NVPTIIS CLARISSIMORVM LVSPANLE PRINCIPVM

ALPHONSI

A C

ELISABETH

junioris:

QUOD

ANTONIUS NEBRISSENSIS

In ipsa dierum festorum celebritate præsens lufit.



ANTIQUARIÆ.

In ædibus Aelij Antonij Nebriffensis.

Anno 1577.

1

54.12
1430
6
102

Falsitas prius omnium, quod quidem ego
 sciam, Apollo testatur cecinitisse in nuptiis Pelei
 & Thetidis: unde Achilles ortus est: cuius ab
 Apolline virtus praestantia, atque incredibi-
 lis quaedam fortitudo portenditur: sed euenit
 factis infelicibus. Apud Latinos, quod ex antiquitate colligitur,
 primus fuit Caecilius Veronaensis, qui nuptias Manii & Lulii
 celebravit. Deinde Ovidius poeta celeberrimus Fabii, ac post-
 ea Papinius Stella ac Valerianus: tum praeterea Claudi-
 us. Nos quoque horum auctoritatem secuti, cum ipsa nup-
 tiarum celebratae praeterea essent, hoc Epithalamium
 iustum, quod si non pro sagurum nostram iudicet:
 nemo mirari debet, praoniam homines tamus, atque, ut
 Horatius iudat, non semper feriet: quod quidem mirabi-
 tur atque. Cum praeterea Apollo, in eadem diuinitate re-
 ferret, infeliciter de nuptiis Pelei & Thetidis aduersus
 sit, & Vergilius infelicit quod euenit genethliacorum Salo-
 moni cecinit. Sed & apud Hebraeos Salomon rex canica-
 rum canonicorum scripsit: quae vera inscriptione potius Epithala-
 mium inscribi debet: autore Ovidio. Epithalamium
 iudat, Salomonis, quod in morem dramatici compositionum
 est, unde & Ecclesia canit. Antea totum huius virginis tra-
 gediae nobis canica dulcis dramatici, id est in morem
 dialogi: ubi pertinet incedebatur loqueres.



NUNC Sacer orbis amor, qui nectis semina rerum

Omnia: & aeterno foedere cuncta tenes:

Huclades, atque fides, pax, & concordia tecum

Affiduae comites, virgineusque chorus.

Cantabunt alij thalamos, Geniumque: vocabunt

Iunonemque simul, teque Hymenee canant.



NUNC Sacer orbis. Duas partes habet hoc Epithalamium.

Principio enumerat bona, quae has nuptias consequuntur,

deinde inducit musam de statu rerum Hispaniensium futurae praedictae.

Principio igitur inuocat Deos pacis auctores:

quonia ha nuptia ad pacem conciliandam pertinent.

Amor qui nectis semina. Na quoadmodum philosophi dicunt: cum elementorum qualitates contrariae sint: per amicitiam ex illis res generantur:

& per inimicitiam corrumpuntur. Nectis semina dia. i. principia, siue illa sint quatuor elementa, siue quaedam ex illis, sine atomi. Foedere. pace. &

est Lucani in. 4. Huc ades, aeterno complectens omnia nexu, o rerum mixtique salus concordia mundi, & sacer orbis amor. Na amorem esse pacis autorem etiam Propertius testatur, pacis, inquit, amor Deus est, pacem veneremur amantes. Fides autem pax & concordia, quae amorem comitantur, dea sunt, quibus etiam templa Roma fuerunt dicata, & a poetis virgines finguntur: ideo autem comites amoris esse dicunt, quia ubi est amor, ibi fides, ibi pax, ibi concordia est.

Cantabunt alij. Dicit se non cantaturum, quae alij poeta in suis epithalamij cecinerunt, puta jocos & res ludicras: quas res alij cavendas transmittit: sed, quae longè maius sit memorare, hoc est pacem, quae has nuptias secuta est, & futuri temporis foelicitatem. Thalamos, id est epithalamium lege aliorum poetarum, qui de hac materia scripserunt. Geniumque Deum naturae, ac perinde generationis, unde Horatius primo epistolarum, lectus genialis in aula est, id est gignenda prolis causa paratus, ergo quasi Deus nuptiarum praeses inuocandus est in nuptijs. Iunonem, quae etiam nuptijs praesidet. Ovidius in epistolis heroidum. Iunonemque sacris, quae praesidet alma, maritis. Et Vergilius. 4. Aeneid Prima tellus & pronuba Iuno. Hymenee, & hic Deus nuptiarum est Bacchi & Veneris filius: qui à Graecis in celebritate nuptiarum sic inuocabatur: ut à Latinis Thallasus.

ut à Latinis Thallasus.

* 3.

16

Iô Hymē Hymenee Hymē ades ô Hymenee
 Ingeminent omnes: teque Thalasse vocent.
 Et Fescennini volitent de more Sabino
 Lufus, & populo multa rapina cadat.
 Sparganturque nuces, & jungat vesper amantes;
 Præferat incensas & noua nupta faces.
 Hæc sunt magna quidem: sed nos maiora canamus.
 Et quæ nos deceat nunc meminisse magis.

Iô hymen. Iô interiectio tum latantis, tum dolentis est, hic latantis: appellatur autem Hymeneus & Hymen: & est carmen ex epithalamio Catulli poeta sumptum. Ingeminent, id est repetant. Vergilius. 1. Aeneid. Ingeminant plausum Tyrij, Troesque sequuntur. Thalassus. hic duo fuit Romuli: cui pulcherrima omnium Sabinarum ex raptu contigit vxor: unde in nuptijs dici consuevit, cum auspiciarentur sponso & sponsa: ita vobis feliciter cedat: vt Thalasso atque illias uxori ex raptu Sabinarum: unde & Thalassio. onis. pro carmine nuptiali. Martialis, quid si me iubeas Thalassionem verbis dicere non Thalassionis.

Et fescennini lufus. ioci nuptiales, dicti à Fescennio Italia oppido, vbi rustici se inuicem opprobrijs laceffere consueuerunt. Horatius. 2. episto. Fescennina per hunc inuenta licentia morem versibus alternis opprobria rustica fudit. Consuevit autem in nuptijs hoc quoque fieri, vt in maritum & nouam nuptam ioci quidam & sales dicantur: de quibus Lucanus in 2. non soliti lufere sales, nec more Sabino excepit tristis conuicia festa maritus. Et Hieronymus ad Paulam & Eustobiam, & pro Fescennino carmine angeli canunt, gloria in excelsis Deo: ac se dicat, loco ellorum carminum, quæ in nuptijs & natalibus aliorum dicuntur: in ortu nostri saluatoris angeli canunt, gloria &c. Et populo, id est, in populum, ut Vergilius, it elamor caelo. Multa rapina. puta numismata, nuces, & similia quæ rapiantur: quod etiam hodie fieri consuevit in quibusdam festis.

Sparganturque nuces & hoc quoque fit. Vergilius in Buolicis. sparge marito nuces. Vesper. stella est Veneris, quæ à Græcis dicitur hesperus: cum post occasum solis incipit apparere: quo tempore sponsus cum sponsa in cubiculo clauderentur. Vergilius in Buc. tibi deserit hesperus Oetam, & de vespere multa Catullus in epithalamio Manlij. Præferat, id est, præ se ferat. Faces tœdas nuptiales, nam ante nouam nuptam ignis & aqua præferabantur: quia hæc duo elementa potissimum in generatione conueniunt: unde Ouidius primo Meta. & ex his oriuntur cuncta duobus.

Hæc, quæ dicimus supra: quia ad prolem procreandam spectant: cuius gratia matrimonia sunt constituta. Maiora. & quæ sint illa maiora, subdit scilicet scœdera & fata.

Fœdera magnorum canimus conuentaque regum
Fataque non nullo dissoluenda modo.

Possedit multos discordia tetra per annos
Hesperiam, nec spes vlla dabatur opis.

Ardentesque faces & raptos crinibus hydros
Omnibus iniecit fœua Megæra locis.

Non Comes ipse Duci: non Marchio præstat honorem
Non comiti miles, militibusque cliens.

Ipsi non parent regi dux atque magister
Militiæ sacræ: bellicus ordo jacet.

Erigoneque simul terras exosa reliquit,
Quæ fugiente dea, jusque piûmque silet.

Talis erat mundi facies, cum bella gigantes
Incussere Joui, calitibusque suis.

Fœdera, qua stabilita sunt per has nuptias, & conuenta scilicet. pacta quæ prius prosequitur. Dissoluenda quinque syllabarum facta dieresi ex. u. & c. sic Ovidius in epistola Medæ. debuerant fusos evoluisse meos

Possedit multos. incipit prosequi primam partem. Discordia tetra, turpis, Horatius in primo ser. postquam discordia tetra belli ferratos postes portasque refregit.

Hesperiam. Hispaniam. Nec spes vlla dabatur opis. Vergilius. 2. Aeneid. nec spes opis vlla dabatur. Megera, vna ex tribus furijs: quæ inter cognatos & propinquos disseminat contentiones. Hydros. serpentes, quas pro capillis furia habere dicuntur.

Non comes. rei militaris ordinem perturbatum narrat, nam eum dux ad comitem referatur: ut qua presidere illi debeat: vinculum illud solutum est belli discordia. Marchio, nomen est nouum: atque a marchæ voce barbara deriuatum præstat honorem, quem debet. Cliens, puta calo, cacula, lyxa. Magister militia sacræ, ut sancti Iacobi, atque ordinis Cisterciensis. Bellicus ordo iacet, id est, ea quæ ordinata esse debuerant: confusa sunt omnia. Erigone, Icarî filia, quæ ab Iaccho in vna speciem compressa est: atque propter iusticiam ac pietatem erga patrem in signum virginis est translata. Aratus dicit Erigonem homines in ætate aurea rexisse: postea vero illorum scelera fugisse: atque in cœlum se contulisse.

Talis erat, per tres comparationes Hispanarum rerum confusionem exprimit: prima est sumpta ex bello giganteo, secunda ex chao, vnde omnia procreata ex opinione Anaxagoræ narrant poætæ, tertia ex hoste generis humani, qui apud inferos miserorum animas torquet.

Semina

Talis & ipsa fuit rerum natura priorum,
 Cum chaos antiquum semina mista tulit.
 Talis apud manes, miseris ubi territat umbras
 Tartareus iudex: dicitur esse locus.
 Sed pater omnipotens tandem miseratus, Iberis
 Prospexit rebus, suppetiasque tulit.
 Et sua ductorum se quisque in regna recepit.
 Et qui disperit redditus ordo sibi est.
 Tam rediit virgo, redierunt tempora pacis,
 Quasque colit partes pacis alumna quies.
 Redditur ipsa sibi concors Hispania, qualem
 Non vidit Pœnus, non Viriatus Iber.
 Non, cui longa fuit sed non ingrata senectus,
 Arganthonius, & Romulidæ proceres.
 Non qualem videre Gothi, quo tempore foelix
 Hispanæ gentis rex Rodericus erat.
 Ne tamen hunc talem violarent sæcula cursum
 Nec posset Lachesis rumpere pensa manu

Semina mista, id est, omnium rerum causa confusa. Apud manes, apud inferos. Tartareus iudex, infernus. Rebus Iberis, Hispanis. Prospexit, prouidit. Suppetias, auxilium, & iungitur semper hoc nomen in accusatiuo plurali cum hoc verbo fero. tuli. In sua regna, id est, propria & victa. Ordo redditus, id est, restitutus est sibi ipsi. Virgo scilicet, Erigone, de qua superius. Vergilius in Bucco, iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Quies, id est, tranquillitas, quæ alitur a pace, & illius comes est.

Redditur, restituitur. Qualem, ita foelicem & tranquillam. Pœnus, id est, Annibal dux Carthaginensium: quo tempore rerum Hispaniensium potitus est. Viriatus Iber, id est, Hispanus: fuit autem Lufitanus: fuit autem primo mercenarius, deinde latro: ad postremum dux aduersus Romanos, quorum Imperatorem Claudium Munianum, deinde, Nigidium opopressit, Arganthonius, rex fuit Tartessiorum, de quo Cicero de senectute expectemus, inquit, Tartessiorum regis aetatem: fuit enim Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit. Strabo quoque huius meminit. Romulidæ proceres. Romani, qui septingentis prope annis Hispania imperarant. Gothi, qui pulsus Romanis Hispania presuerunt annis centum viginti. Rex Rodericus, ultimus Gothorum. Foelix, nam postea sibi ac patriæ calamitatem peperit.

Lachesis, una ex tribus Parcis. Pensa, stamina, quæ nentes hu-
manam

Prouida mens regum properauit iungere fœdus

Connubio stabili pignoribusque datis.

Nam Lusitano iuveni regique futuro

Despondit gnatam deliciasque suas.

Certius hoc multo, quam casa virgine porca

Fœdus Romanis quod Feciale fuit.

Silicet & fas est magnis componere parua:

Cum post diluuium reddita terra sibi est;

Tale fuit signum pacis tibi rector Olympi

Et generi humano quæ bibit iris aquas.

Musa precor memora mihi nunc quæ fata sequantur

Has tædas: aut quid vincula tanta parent.

Sic ego sic contra respondit nona sororum,

Celestis cui vis nomina certa dedit.

Accipe quæ tencas (quando hæc te cura fatigat)

Quæque meo terris numine cuncta canas.

manam vitam designant. Connubio stabili, ex Virgilio primo Aenei, cōnubio jungā stabili, propriamque dicabo. Pignoribus, id est, filijs, quæ sunt aliàs quasi pignora quadam inter viros & uxores: nunc vero inter ipsos reges. Lusitano iuueni, id est: principi substantiæ. Regi futuro qui successurus erat in regnum, si fata permisissent. Delicias suas, id est, quæ deletabantur rex & regina. Vergilius in Buc. delicias domini. Et Catulus, passer delictum mea puella.

Certius hoc. Comparat has nuprias fœderibus Romanorum, quæ sanciebantur casa porca: nam cum sacerdotes Feciales ad hostium fines conuenirent, enarratis conditionibus pecis, porcã vulneribus censeiebant: dicentes, quicumque violauerit, quæ his fœderibus continentur: sic pereat, ut hæc porca: ordo est, hoc fœdus est multo certius, quam illud fœdus, quod fuit Romanis Feciale, virgine porca casa. Vergilius. 8. Aeneid. casa iungebant fœdera porca: atqui porcus erat, non porco, ut dixit Seruius in eo loco, sed genus pro genere posuit; fœdus autem à porco fœdi occiso dictum est: unde percutere fœdus.

Silicet, altera comparatio sumpta à re maiori, quod excusat, dicens, silicet & fas est. Vergilius in Buc. sic paruis componere magna solebam. Reddita, restituta. Iris: quæ bibit aquas. Vergilius primo Geor. & bibit ingens arcus. Propertius. lib. 3. purpureus pluuias cur bibit arcus aquas. Gene. 9. hoc est signum fœderis mei, quod do inter me & vos: arcum meum ponam in nubibus cali, & erit signum fœderis inter me

Augusti quondam testantia nomina pacem
 Pax Augusta tenens, quã secus Ana fluit,
 Cum sua conspiciet sub mœnia fœdus iniri,
 Aeternæ pacis nunc magis omen erit.
 Nam Lusitanus princeps secura videbit
 Cum sua terga metu: confocerique fidem,
 Armatas classes & multo milite plenas
 In mare deducet, sol vbi mergit equos.
 Et sibi subiiciet: quæcumque est insula Ponto
 Aethiopes pariter, Barbaricumque sinum,

me & inter terram. Musa precor, secunda pars Epithalamij de statu rerum futurarum, quod quia scitu difficile est: musam inuocat ex Horatii præcepto in poetria, nec deus interfit: nisi nodus vindicæ dignus incidit. Tadas, id est, faces & nuptias. Vincula, pignora matrimonij. Nona sororum, vna de novem musis. Vis caelestis id est, Vrania, qua dicta est ab urano, hoc est, cœlo, & iuste hæc de futuro respondet ex astrorum peritiâ. Quando hæc te cura fatigat. Vergilius primo Aeneid. quando hæc te cura remordet. Meo numine, mea auctoritate.

Augusti quondam. Pax Augusta, ciuitas Lusitania celebris ab Augusto Casare post Hispaniam ab illo pacatam dicta est: quemadmodum & Emerita Augusta urbs illi finitima: sed hæc quod emeritis sit distributa, illa à pace post victoriam parva: sed alludens ad nomen dicit: nunc potius deberi appellari Pacem Augustam, cum in illius conspectu percussitur fœdus nuptiarum: quod in vtriusque regni consinio factum est non longe à Pace Augusta. Ordo est. Pax Augusta tenens nomina testantia quondam pacem Augusti. Cum conspiciet nunc sub mœnia sua, id est, prope mœnia sua, iniri fœdus, magis erit omen pacis aeternæ: quam fuit sub Augusto. Nam proprie omen est auspicium, quod sumitur ex voce atque verbis humanis.

Nam Lusitanus, quid facturus sit rex Portugalia prædicit: nam subiiciet insulas maris Atlantici & Aethiopes, & sinum Barbaricum. Secura terga, id est, cum nihil timebit à terra continenti. Confoceri scilicet nostri regis. Deducet classes ex terra in mare: sicut subducere est ex mari in terram. Vergilius. 3. Aeneid. deducunt socij naues. In mare vbi sol, id est, in Oceanum Atlanticum. Aethiopes, id est, oram maris Aethiopicæ. Barbaricum sinum, qui pars est maris Indici inter sinum magnum & Gangeticum: a quo Lusitanorum nauigatio parum distat.

Cæsaris at vestri tibi nunc ingentia rerum
 Et simul augustæ coniugis acta canam,
 Reliquias belli postquam confecerit ille,
 Quod bene susceptum pro patria fuerat.
 Quod bene pro sociis & nostræ gentis honore
 Quod bene pro Christi religione fuit:
 Hæc pia victori persoluet vota Iacobo:
 Diuis templa dabit: mascula thura Deo.
 Dum tamen ille parat bellum, reficitque cohortes
 Quas veheat, Herculeum traiciatque fretum,
 Hæc mores tandem patriæ desuetaque corda
 Componet certis legibus atque modis.
 Dumque oras Libyæ cursim peragrauerit ille:
 Atque sui iuris vtraque Syrtis erit:
 Denique dum victor totum lustrauerit orbem:
 Deque triumphatis hostibus arma refert:
 Hæc intenta nouis rebus regnisque futuris
 Extruet immensum posteritatis opus.

Cæsaris vestri. Ferdinandi. Augusta, id est, Elisabetha, nam quem admodum imperatores appellantur Cæsares: ita uxores illorum dicuntur augusta. Acta ingentia pro gesta & est tapinosis: quia gesta sunt publica: acta vero privata: sed subleuatur tapinosis: quia iunxit ingentia. Sic Lucanus lib. 5. Licet ingentes abruperit actus festinata dies.

Reliquias. Quod restabat de bello Granatensi. Pro patria pro defensione patriæ, quia inde pericula imminebant. Pro sociis, id est, regibus finitimis, atque reliquis Christianis. Nostra gentis, Hispania. Regione. quia illa tres causa sunt honesta, ut suscipiamus bellum pro necessitate, pro gloria, pro religione, ex primo officiorum Ciceronis. Hæc, scilicet augusta nostra. Victori, id est cui tota victoria est ascribenda. Diuis, reliquis sanctis indigentibus. Mascula thura, sic Verg. in Buc. Verbenasque adole pingues, & mascula thura. Parat bellum, id est expeditionem & belli apparatus facit ad bellum ultramarinum. Reficit cohortes, bello superiori defatigatas. Ve hat, trahat & traiciat. Fretum Herculeum, id est mare nostrum, quæ est tractatus in Africam. Desuetaque corda, id est longo temporum interuallo à iustitiâ & pietate alienata, Ex Vergil. 4. Aeneid. Iam pridem resides animos desuetaque corda. Oras. Libyæ, id est partes littorales: quia interiora Libyæ, inculta sunt. Cursim, celeriter. Vtraque Syrtis, maior & minor, quæ sunt in Africâ & regione

Utque domus ratio constet sibi totaque quadret:
 Rem geret ille foris: res ager ista domi.
 Sed cum longa dies senio confecerit ambos:
 Dulcibus innatis omne leuamen erit.
 Vxores regum natas regesque nepotes:
 Conspicient læti, sy deribusque pares.
 Ioannesque suus tanta pietatis imago
 Imperij confors & moderator erit.
 Et procul ex oculis euauit has modo voces
 Vrania fudit: presserat ora deus.
 Atque ego, qui fueram auditorus plura libenter,
 Destituor subito lumina fixas humi.

è regione Cyrenaica prouincie citra Aegyptum. Nouis rebus & regnis futuri, id est, quemadmodum iaciat fundamenta ad stabilitatem regnorum: ne labefactetur in omnibus seculis futuris. Domus ratio, qua ex Aristotele in Oeconomictis est, ut vir præsit rebus, qua extra adnata sunt: uxor uero domesticis. Constet sibi, id est sit constans & firma. Quadrat, id est ex lapidibus quadratis, qua in adificijs consentiunt. Longa dies, id est tempus. Leuamē. consolatio. Tanta pietatis. Vergilius est. Confors, id est ex æquo reget imperium. Modo tantummodo. Presserat ora Deus. Vergilius. Aeneid. prohibent nam cetera parca scire Helenum, farique vetat. Destituor, à musa relinquo: Lumina fixas, id est oculos fixos habens, quod est mœsticia signum inauspicatissimum.

FINIS.